

*20. Instrumentum venditionis di  
Matteo de Rollando in favore di  
Roberto de Manfredo, detto Bellibono*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*20. Instrumentum venditionis di  
Matteo de Rollando in favore di  
Roberto de Manfredo, detto Bellibono*

1263-08-26

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regnante domino nostro Charolo secundo Dei gratia gloriosissimo rege Hierusalem, Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Andegavie, Provincie et Forcalquerii comite, regnorum vero eius anno duodecimo feliciter amen, mense augusti, vigesimo sexto eiusdem, none inditionis.

In presentia Bernardi de Connestabulo regii iudicis Potentie, Ioannis de Gunnella puplici eiusdem civitatis notarii et testium subscriptorum, ego Matheus de Rollando, civis et habitator Potentie, vendo et trado tibi Roberto de Manfredo ditto Bellibono, civi et habitatori eiusdem terre Potentie, duas terras sitas et positas in tenimento eiusdem terre, in contrata silicet Vallonis de Calu(m)nio vel Vallonis ditti Ianuarii, hiis finibus circumdatas: ab uno latere unius tenet Gualdinus de Cito, a secundo latere tenet ecclesia Santi Eusebii et si qui alii sunt confines; ab uno latere alterius petie terre tenes tu idem emptor, a secundo latere tenet Iacobus de Bigio, a tertio latere // (c. 257r) tenet preditta ecclesia Santi Eusebii, a quarto vero latere est via puplica; has autem petias terrarum qualibet sunt prescriptis finibus circumdatas per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis tibi preditto Roberto vendo et traddo, ut dittum est; pro quibus recepi a te nomine pretii tarenos auri quindecim, totum silicet pretium ipsius venditionis. Quapropter do et trado < tam > tibi quam tuis heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi et possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo volueritis alienandi predittas petias terrarum predittarum; insuper repromitto tibi et tuis heredibus

eas defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel tuos heredes de predittis petiis terrarum vel aliqua ipsarum molestare vel inquietare tentaverint more iudiciorum; et si ego prefatus Matheus vel mei heredes vel aliquis per me vel per meos heredes contra te predittum Robertum vel tuos heredes de predittis petiis terrarum vel ipsarum aliquo tempore aliquo venirent vel eas vobis deindeps calumniati fuerint seu per quemlibet <sic> ingenium ipsas a vobis repetere vel subtrahere, questionare aut vobis defendere et guarentire ab omnibus hominibus ut supra dittum est voluerint more iudiciorum, debeamus componere nomine pene augustales auri viginti, medietatem tibi vel tuis heredibus et alteram medietatem regali curie, preditta venditione nihilominus rata perpetuo permanente; preterea // (c. 257v) ex eis gaudiam dedi et fideiussorem de evitione tibi pro inde posui.

1

2

3

4

5

Et taliter ego predittus Ioannes de Gunnella publicus Potentie notarius de mandato contrahentium predittorum hoc instrumentum venditionis scripsi quia interfui et meo

*Così S per Sancti*

*Così S per veniremus*

*Così S per noluerimus*

*Così S per gaudiam*

*Così S probabilmente per me posui ovvero per omissione del nome del fideiussore*

signo signavi. † Bernardus scripto iudex testatur in isto  
† Ego Ioannes Saliens testis interfui † Ego Nicolaus de  
iudice Santoro interfui † Ego Iacobus notarii Nicolai  
testis interfui † Ego Matheus Spetialis de Scal(ea)  
interfui